ZUSAMMENGESETZTE HANDSCHRIFT: GREGORIUS MAGNUS. PS. MARCILIA. PS. BOTO PRUVENINGENSIS

2. Hälfte 12. Jh. Seite 78v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36542
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



in causa tua uix. & si bis interrogatus fueris. habeat initium responsio tua. Hinc ē quod idem redemptor nr̄ cum in celis sit conditor. & ostensione sue potentie semp̄ doctor angelorū. ante tricennale tempus in terra magister fieri noluit. hominū. ut uidelicet p̄cipitatis uim salu berrimi timoris infunderet. cum ipse etiā qui labi n̄ posset. perfecte uite gratiā non nisi p̄fecta etate p̄dicaret.

Scriptū quippe ē. Cum factus esset annorū duodecim remansit puer ihc̄ in hierusalem. de quo aparentib⁹ requisito paulo post subditur. inuenerunt illum in templo sedentē in medio doctorū. audientē illos. & interrogantē.

Vigilanti itaq; consideratione pensandum ē. qd̄ cum ihc̄ annorū duodecim dicit. in medio doctorū sedens non docens. sed interrogans inuenit. Quo exemplo scilicet ostenditur. ne infirmus docere quis audeat. si ille puer doceri interrogando uoluit. qui p̄ diuinitatis potentiā uerbum scientie ipsis suis doctorib⁹ ministrauit. Cum uero

ad timod. p̄ paulum discipulo dicit. precipe hec & doce. nemo adolescentiam tuā contempnat. sciendum nobis ē quia in sacro eloquio aliquando adolescentia iuuentus uocatur. Quod citius ostendit. si salemonis ad medium uerba proferantur qui ait. Letare iuuenis in adolescentia tua. Si

in ecclesiasten enim ēē utraq; unum non decerneret. quē monebat in adolescentia. iuuenem n̄ uocaret. · xxvii ·